Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

adunata et non dabit commouri pedes tuos
qui custodit te. Ecce non dormitabit
neque dormiet qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus protectio tua super manum dexteram tuam
per diem sol non urat te neque luna per noctem. Dominus custodit te
ab omni malo custodiat animam tuam dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum
ex hoc nunc usque in saeculum. Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.
Ps. Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in atriis tuis hierusalem.
Hierusalem quae aedificatur ut civitas cuius participatio eius in
idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel
ad confitendum nomini domini. Quia sederunt sedes in iudicio super domum
israel. Oremus. Exaudi quaesumus domine populum tuum qui
ad te clamat ut qui fidelibus tuis sempiternam
tribuisti hereditatem eos et in fide
et in operatione mandatorum tuorum
perseverare concedas ut post
hanc vitam ad quam
tendimus cum
omnibus
electis
tuis
mereamur
introire
per
dominum
nostrum
iesum
christum
filium
tuum
qui
tecum
vivit
et
regnat
in
unitate
spiritus
sancti
deus
per
omnia
saecula
saeculorum.
Amen.
Ad
Ps.
Laudate
dominum
omnes
gentes
laudate
eum
omnes
populi
quoniam
confirmata
est super nos misericordia eius
et veritas domini manet in
aeternum. Gloria patri et filio
et spiritui sancto. Sicut erat
in principio et nunc et semper
et in saecula saeculorum.
Amen.
Ad
Ps.
Laudate
dominum
quoniam
bonus
quoniam
in saeculum
misericordia eius.
Sm
Nullo
tempore
die
i.
d.
s.
Lucam.
Quis vestrum habebit amicum et
ibit ad illum media nocte et di
cet illi. Amice commoda mihi
tres panes quoniam amicus meus
venit de via ad me et non
habeo quod ponam ante illum. Et
ille de intus respondens dicat
noli mihi molestus esse iam
ostium clausum est et puer mei
mecum sunt in cubili non possum
surgere et dare tibi. Et ille si perse
verat pulsans dico vobis
quia si non dabit illi surgens eo quod
amicus eius sit propter impu
dentem tamen eius surget et
dabit illi quotquot habet necessarios
et ego vobis dico. Petite et dabi
tur vobis. Quaerite et invenietis pul
sate et aperietur vobis. Omnis enim
qui petit accipit et qui quaerit
invenit et pulsanti aperietur.